Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Nouem habz dies xxx. Lunam xxx. Oratio ad uisitationem.

Deusem nuc apostolice fauete aggressuros nouembrui. sctorum nos adunet intercessio omnium: quorum sub una celebritate ipso die kalendarum sacro sanctum venerat sollemnium. Si enim unita apud iacobum multum ualet deprecatio iusti assidua. quanto magis sctorum omnium unita. & intercessio pia? Nos nempe hominum indigni erudimur opere: & sctorum longissima intercessione. tamen qui peccatores iustificat? et audit. uerbum more desiderantis aperto retribuit: qui super iustos & iniustos affluentissime pluit. ipse. a summo est potens stillam emittere. & linguam aridam dementem infundere.

Infestivitate Omnium sctorum Sermo eiusdem

Legimus in ecclesiastica historia quod sanctus bonifacius qui quintus a beato gregorio romane urbis episcopatum tenebat. suis precibus a foca celsure imperatore adnuit. ecclesiam christi templum romae: quod ab antiquis pantheon antea uocabatur? quia hic quasi simulachrum omnium uideret dei dorum. In quo eliminata omni spurcicia: fecit ecclesiam dei genitricis atque omnium martyrum. ut ex eiusdem multitudine dominum multitudo ibi sctorum a fidelibus imperium haberet. & plebs uniuersa in capite kalendarum nouembrium sicut in die natalis domini. ad ecclesiam in honore sctorum consecratam conueniret: ibique missarum sollemnitate apostolice sedis apice celebrata: omnibusque rite peractis. uniuersique in suam cum gaudio remearet. Erat ergo consuetudine sancte romane ecclesie crescente religione christiana: decretum est ut in ecclesiis dei que orbem terrarum longe latiusque construit? honor & memoria omnium sctorum in die qua primum haberet. ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam uel negligentiam seu parum pucior rei sacrilegio sollemnitatis sctorum minus plene peregisset. in hac sancta observatione solueret. quos cotidianis precibus. ad supna poli gaudia peruenire ualeam? Hunc ergo fides tua in omnium primordiis sctorum nominare & glificare decet. cum qui eiectos condidit sanctos: per quem omnia facta sunt. per quem facta subsistunt elementa. cui maiestas nec incipit. nec desinit in sedim. ut merito omnis principium ac finis creature nominet. ut de eo per quem dicti sapientum dictum est. Omnis sapientia a domino deo est. & cum illo fuit semper. & est ante eum. Altitudinem celi & latitudinem terre. & profundum abyssi. quis dimensus est? Harenam maris & pluuie abyssi guttas? dies seculi quis dinumerat? Ipse solus in uestigare metiri ac dinumerare hec omnia potest. qui celi ambitum sua circuit sapientia. & profundum abyssi sua penetrat uirtute.

BIBLIOTHEK MELK DES STIFTES